UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Parallela Geographiae Veteris Et Novae

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1648**

Liber Octavvs. De Belgio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13147**

Visual Library

# LIBER OCTAVVS.

## De Belgio.

EVROPÆARVM regionum eſt illa minima, ſi amplitudinem ſpectaueris; ſi diuitias, & hominum frequentiam, paucis admodum decedet; vrbibus ita frequentibus, vt ſeſe contingere videantur.

## CAPVT PRIMVM.

### De Belgio generatim.

QVÆREMVS eius Nomina, Quantitatem, Qualitatem, Mores, Politiam, Linguam, Religionem.

### §. 1. Nomen Belgij.

VARIA huius Regionis nomina deprehendo apud ſcriptores.

1. eſt BELGIVM quo ferè vtuntur omnes qui Latinè ſcribunt. Quod qui referunt ad Belgium Cæſaris ſatis à nobis ſuprà refutati ſunt. Nomen igitur hoc habet à Galliâ Belgicâ, cuius maximam partem hæc Regio continet.

2. NIDESLANDIA, ſeu Neuerlanlia, hoc eſt Regio inferior, vulgò *les Pays Bas*: qui autem Germaniam inferiorem nominarunt, perperam totius nomen affinxerunt parti. Nam inferiori Germaniæ & quæ trans Mœnum iacet hoc quoque Belgium attexitur.

3. FLANDRIA *la Flandre*, ita dicta vel à flatibus, vel fluctibus maris, quia Oceano Germanico verberatur, vt legitur in actis Aldenburgenſis monaſterij; vel à voce *Flandra*, quæ æſtuaria ſonat, quod magis probat Meyerus: vel denique à Flanberto quodam, quem Clodio Francorum Rex huic oræ maritimæ præfecit, vt Flandri loquuntur Annales.

### §. 2. *Quantitas Belgij.*

*Longitudo* eius *Geographica* deſumitur ab oppido *Hedino*, ferme

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Treuiros* vſque, continétque circiter 180. millia paſſuum.

*Latitudo* item *Geographica* conſideratur à *Theodonis villa*, ad *Amelandiam* Inſulam, & circiter ducenta paſſuum millia continet.

Vbi obſeruabis longitudinem & latitudinem Belgij aliter quoque ſumi poſſe, videlicet pro maximâ & minimâ extenſione, eóque in ſenſu longitudinem Geographicam dicendam eſſe latitudinem, latitudinem Geographicam longitudinem appellandam: quod accidit iis regionibus, quæ latiùs patent à Septentrione in Meridiem, quàm ab Occidente in Orientem.

## §. 3. *Qualitas Belgij.*

Hæc Regio paulò humidior eſt, ideóque paſcuis quàm cerere lætior; ferè tota paluſtris eſt. Canabim & linum vbique profert. Equos fortiſſimos emittit. Ferè ſerpentibus caret, ſi paucos colubros excipias. Raró hîc tonat & fulgurat: hyems perfrigida, rigentibus quotannis fluminibus. Quàm ſit populoſa arguit vrbium multitudo quæ ſupra ducentas numerantur, cum centum & ampliùs maioribus burgis vrbium iure fruentibus. Certè anno 1380. vnum Gandauum, vt cæteras vrbes taceam, octoginta armatorum millia exhibuit.

## §. 4. *Mores Belgarum.*

Simpliciores ſunt Belgæ, & minimè mali, ſed ſi ſemel in fraudem eos induxeris inimicos experieris. Philoxeni omnes, omnes munditiem amant, quæ in omnibus eorum rebus ſingularis eſt. Pecuniæ auidi, ideóque mercaturæ diligenter incumbunt. Deſides ferre non poſſunt, eóſque per vim ad laborem compellunt. Retinentiſſimi ſunt religionis, ad hanc tamen compelli nolunt. Principibus ſuis orantibus omnia concedunt, exigentibus omnia negant, & amore potiùs quàm imperio regi volunt.

## §. 5. *Politia Belgarum.*

Ex quo Carolus Magnus Saxones ſæpiùs rebellantes in eâ regione collocauit, indigenis rebellionis ſuæ afflauere virus. Quid

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

enim aliud noſtræ narrant hiſtoriæ, quàm Flandrorum cõtra Principes ſuos contumaciam? Habebant ergo Principem Clientem Regis Francorum; quod ius demũ ab Franciſco I. captiuo per vim extorſit Carolus V. Imperator cui hæreditario iure Belgium obuenerat. Porrò ſub Carolo non proceſſerunt malè res Belgij, ſed rerum potiente Philippo II. eius filio, Margarita Auſtriaca hîc Rempublicam adminiſtrãte, res turbari cœperũt. Hæc enim volebat inducere decreta Sacro-Sanctæ Synodi Tridẽtinæ; ſed reſtitere acriter Lutherani atq; Caluiniſtæ, vno nomine dicti Geuſij *les Geux de Flandre*. Hi enim non contenti verbis inſectari Catholicos, etiam imagines deiecere, diſturbauere templa, Antuerpiæ, & aliquot in locis. Dux tamen Albanus eò miſſus rem Catholicam reſtituit. Sed dum ſeueriùs in rebelles animaduertit, nouiſque exactionibus Prouinciam videtur exhaurire, vexillum rebellionis eſt ſublatum Arauſicano principe belli incentore atque Duce. Miſſus eò Ioannes Auſtriacus rem componere potuiſſet, niſi ab eo Rex Hiſpanus ſibi cauiſſet. Tantùm ergo abfuit, vt rebelles reconciliaret Principi, quin etiam exoriretur noua factio, dicta *des Malcontens*, quæ nec Hiſpanis, neque Statibus fauebat. Eo demortuo Dux Parmenſis ſatis feliciter Hiſpanorum negotia promouit, ſed dum rebelles vrget acriùs anno 1581. ad defectionem impulit, quâ Regem Hiſpaniæ Principem ſuum eiurauere, vnde bella enata, quæ tantâ circumpoſitarum gentium contentione etiamnum geruntur. Hinc orta diuiſio Belgij in Status Hollandicos, & Hiſpanicam ditionem; de quibus mox agemus.

## §. 6. *Lingua Belgarum.*

BILINGVES Belgæ, vnde orta diuiſio Flandriæ in Gallicam, & Teutonicam. Flandrica dialectus parum à Germanicâ differt; Gallicam, Walonicam vocant *le Vallon*, quæ à Picardicâ parùm diſſidet, niſi quòd adhuc ſit inquinatior.

## §. 7. *Religio Belgarum.*

VBI ſeruata eſt Catholica Religio, nihil Belgis magis pium, vbi abolita nihil à pietate alienum magis. In Hiſpanicâ ditione Catholici omnes: apud Batauos omnes ſectæ tolerantur præter ve-

## DIVISIO BELGII IN XVII. PARTES,

*les dix-ſept Prouinces des Pays-Bas.*

| | | |
|---|---|---|
| QVATVOR DVCATVS, *les quatre Duchez.* | BRABANTIÆ: *de Brabant.* Bruxellæ, *Bruxelles.* | |
| | LIMBVRGICVS: *de Limbourg.* Limburgũ, *Limbourg.* | |
| | LVCEMBVRGICVS: *de Luxembourg.* Lucemburgum *Luxembourg.* | |
| | GVELDRIÆ: *de Gueldre* | Neomagus: *Nimegue.*<br>Ruremonda: *Ruremonde.*<br>Arnemium: *Arnhem.* |
| SEPTEM COMITATVS *les ſept Comtez.* | FLANDRIÆ: *de Flandre.* Gandauum: *Gand.* | |
| | ATREBATENSIS: *d'Artois.* Atrebatum: *Arras.* | |
| | HANNONIÆ: *de Haynault.* Mõtes: *Mons en Haynault.* | |
| | HOLLANDIÆ: *de Hollande* | olim Dordracum: *Dordrek:*<br>nunc Amſtelodamũ: *Amſterdam.* |
| | ZELANDIÆ: *de Zelande.* Middeburgũ: *Middebourg.* | |
| | NAMVRCI: *de Namur.* Namurcum: *Namur.* | |
| | ZVTPHENSIS: *de Zutphen.* Zutphanium: *Zutphen.* | |
| MARCHIONATVS VNVS *vn Marquiſat.* | SANCTI IMPERII *le Marquiſat du S. Empire.* | Antuerpia: *Anuers.*<br>Bruxellæ: *Bruxelle.*<br>Louanium: *Louuain.*<br>Niuella: *Niuelle.* |
| QVINQVE DOMINIA *cinq Seigneuries.* | FRISIÆ OCCIDENTALIS: *Veſtfriſe.* Leouardia: *Lieuuarden.* | |
| | MECHLINIÆ: *de Malines.* Mechlinia: *Malines.* | |
| | TRAIECTI: *d'Vtrech.* Traiectum ad Rhenum: *Vtrech.* | |
| | TRANISELLANÆ: *Oueryſſel.* Dauenteria: *Deuenter.* | |
| | GRONINGIÆ: *de Groninge.* Groninga: *Groninge.* | |

Nunc verò ſingulæ hæ Prouinciæ iterum diſtribuendæ ſunt, quod vt fiat commodiùs methodi cauſa, eas ad duas ditiones reuocamus, Batauicam, *les Eſtats de Hollande*, & Hiſpanicam, quâ continentur Prouinciæ quæ in fide perſtiterunt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

enim aliud noſtræ narrant hiſtoriæ, quàm Flandrorum cõtra Principes ſuos contumaciam? Habebant ergo Principem Clientem Regis Francorum; quod ius demũ ab Franciſco I. captiuo per vim extorſit Carolus V. Imperator cui hæreditario iure Belgium obuenerat. Porrò ſub Carolo non proceſſerunt malè res Belgij, ſed rerum potiente Philippo II. eius filio, Margarita Auſtriaca hîc Rempublicam adminiſtrãte, res turbari cœperũt. Hæc enim volebat inducere decreta Sacro-Sanctæ Synodi Tridẽtinæ; ſed reſtitere acriter Lutherani atq; Caluiniſtæ, vno nomine dicti Geuſij *les Geux de Flandre*. Hi enim non contenti verbis inſectari Catholicos, etiam imagines deiecere, diſturbauere templa, Antuerpiæ, & aliquot in locis. Dux tamen Albanus eò miſſus rem Catholicam reſtituit. Sed dum ſeueriùs in rebelles animaduertit, nouiſque exactionibus Prouinciam videtur exhaurire, vexillum rebellionis eſt ſublatum Arauſicano principe belli incentore atque Duce. Miſſus eò Ioannes Auſtriacus rem componere potuiſſet, niſi ab eo Rex Hiſpanus ſibi cauiſſet. Tantùm ergo abfuit, vt rebelles reconciliaret Principi, quin etiam exoriretur noua factio, dicta *des Malcontens*, quæ nec Hiſpanis, neque Statibus fauebat. Eo demortuo Dux Parmenſis ſatis feliciter Hiſpanorum negotia promouit, ſed dum rebelles vrget acriùs anno 1581. ad defectionem impulit, quâ Regem Hiſpaniæ Principem ſuum eiurauere, vnde bella enata, quæ tantâ circumpoſitarum gentium contentione etiamnum geruntur. Hinc orta diuiſio Belgij in Status Hollandicos, & Hiſpanicam ditionem; de quibus mox agemus.

## §. 6. *Lingua Belgarum.*

BILINGVES Belgæ, vnde orta diuiſio Flandriæ in Gallicam, & Teutonicam. Flandrica dialectus parum à Germanicâ differt; Gallicam, Walonicam vocant *le Vallon*, quæ à Picardicâ parùm diſſidet, niſi quòd adhuc ſit inquinatior.

## §. 7. *Religio Belgarum.*

VBI ſeruata eſt Catholica Religio, nihil Belgis magis pium, vbi abolita nihil à pietate alienum magis. In Hiſpanicâ ditione Catholici omnes: apud Batauos omnes ſectæ tolerantur præter ve-

ram atque ſinceram. Regio hæc olim paucos habebat Epiſcopos, ſed ſuperiori ſæculo, cùm crederent Hiſpani, eos ad impediendam rebellionem valituros, aliquot addiderunt, & hanc diſtributionem inuexerunt.

| | | |
|---|---|---|
| BELGIVM CHRISTIANVM | ARCHIEP. MECHLINIENSIS *de Malines.* | Antuerpienſis: *Anuers.* |
| | | Brugenſis: *Brugge.* |
| | | Gandauenſis: *Gand.* |
| | | Yprenſis: *Ypres.* |
| | | Ruremondenſis: *Ruermonde.* |
| | | Boſcoducenſis: *Boiſleduc.* |
| | ARCHIEP. CAMERACENSIS *de Cambray.* | Atrebatenſis: *Arras.* |
| | | Tornacenſis: *Tournay.* |
| | | Sant-Audomarenſis: *S. Omer.* |
| | | Namurcenſis: *Namur.* |
| | ARCHIEP. TRAIECTENSIS *d'Vtrech.* | Deuenterienſis: *Deuenter.* |
| | | Groningenſis: *Groninge.* |
| | | Harlemenſis: *Harlem.* |
| | | Leouardienſis: *Lieuuarden.* |
| | | Midelburgenſis: *Mildebourg en Zelande.* |

## CAPVT II.

### *Belgium Batauicum*, les Eſtats, ou les Eſtats de Hollande.

AGGREDIMVR eam partem Belgij, vnde è piſcatoriis aliquot nauigiis noua Reſpublica ante annos 70. caput extulit: quæ armis in dies prævalida ſuperiorem pati nec terrâ velit, nec mari iam poſſit: quæ in exiguum Europæ angulum compacta per totum orbem colonias ſpargit, tam commoda Gallis & Britannis, quàm Hiſpano, Auſtriacóque terribilis. Quæ iam in vtrâque Indiâ, claſſibus totis mercaturam exercet, bellum quocumque, mercéſve circumferens.

Hic verò Reip. ſtatus ex omnibus temperatus videtur. Habet aliquid Ariſtocratici, quia pauci negotiis præficiuntur: Monarchici nonnihil, quoniam Imperatorem eligit vnum, ex quo tota belli pendet adminiſtratio; denique ſeruat aliquid Democratici, quoniam vrbes delegatos ſubmittunt, ſine quibus nihil confici



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poteſt. Porro is eſt ſuffragiorum ordo: *Primum* dat Gueldria & Zutphanium: *Secundum* Hollandia: *Tertium* Zelandia: *Quartum* Traiectenſis ditio: *Quintum* Friſia: *Sextum* Tranſiſellana: *Septimum* denique Groningia & Ommelandicæ. Hagæ fere negotia publica tractantur, *la Haye*, vbi conſilium duplex, Bellicum & Maritimum. Societas item duplex, Eſtindica, ſeu Indiæ Orientalis, & Veſtindica Indiæ Occidentalis. Potentiam huius Reip. arguit, quòd mille bellicas naues armare poſſit, quòd anno 1605. Regiones illæ tributi nomine milliones viginti & vnum cum 540996. libris penſitarint.

§. 1. *Gueldria Batauica*, la Gueldre Hollandoiſe; *diuiſa in quatuor Tetrarchias, quarum vnam poſſidet Hiſpanus, nomen habet à monſtri voce* Gelre, *quam edebat latens ſub Eſculo, à duobus fratribus cæſa fera eſt.*

NEOMAGENSIS TETRARCHIA *le Quartier de Nimegue*, In BETVVIA *la Betune, ou le Betauu.*

- NEOMAGVS, ſeu Nouiomagus: *Nimegue*, vrbs Imperialis olim, & libera, atque caput Vicecomitatus ad Fl. Vahalim, vnde ducta foſſa ad Arnhemum ſumptibus vtriuſque ciuitatis.
- Thiela, ſeu Tila & Tiletum: *Tiel*, ad confluxum Moſæ & Vahalis, ditionis caput quæ *Tyelskenveert* dicitur, eius Dominus *l'Amptmande de Tiel.*
- Bommelium, vel Bomeria: *Bommel*, in Inſula *Bommeleweert.*
- Schenkium: *Schent*, arx munitiſſima à Martino Skenkio conditore ſic dicta, Flandris *Skenkenskans*, vel *Skrauenvveert*, in Inſula Grauiuardia *Grauenvveert*, vbi Rhenus in Vahalim, & Rhenum ſcinditur.
- Bura: *Buren*, Comitatus titulo non procul à Fl. Linga, Naſſouiorum.
- Culenburgum: *Culenbourg*, cum arce munitiſſimâ iuris Hiſpanici ad ripam Leccæ ſiniſtram.
- Battenburgum: *Battenbourg*, vbi olim arx, nunc diruta.
- Munitio Sant-Andreana: *le Fort S. André*, ab An-

dreâ Auſtrio Cardinale excitari iuſſa, vt Bommelium coërceret, ſed ei in vicinâ Inſulâ Voorna *Voorn*, Mauricius aliam arcem oppoſuit de ſuo nomine.

**ARENACENSIS TETRARCHIA** *le Quartier d'Arnhem*, In **VELVVIA**, ſeu Velaunia, *la Veluue*.

ARENACVM: vetus oppidum vulgò *Arnhem*, mille paſſibus à Foſſa Druſiana, quæ nunc dicitur *Iſell-oort*; vbi Rhenus ſectus facit vno è ſuis alueis Vahalim. Hæc eſt ſedes Senatus huius Prouinciæ, & Cancellaria.

Harderuicum: *Harderuuick*, ad interiorem ſinum Freti Auſtralis vulgò *Zuyderzée*, ſatis commodus portus: Academia celebris, & vbi moneta Gueldriæ percutitur. Hæc vox Latinè vicum Opilionum ſonat.

Elburgus, ad idem Fretum: *Elbourg*, oppidulum non inelegans.

Wageninga: *Vvagening*, olim affixa Rheno, nunc parum diſſita. Credunt aliqui eſſe vada Taciti; alij tamen olim dictam Vaganum arbitrantur.

Hattemum: *Hattem*, ad Iſellam, oppidulum munitum cum arce.

## §. 2. *Comitatus Zutphanienſis, ſeu Tetrarchia Zutphaniæ, olim pars Gueldriæ,* le Comté, ou Quartier de Zutphen.

ZVTPHANIA: *Zutphen*, Iunio ciuitas Vſipetarum ad Fl. Iſallam, vbi in eum cadit Fl. Berkela *Berkel*, à Batauis & Hiſpanis alternante fortunâ recepta, hodie munitiſſima.

Doeſburgus, ſeu Duſburgum: *Doesburg*, ad Iſallam, oppidulum lautum & permunitum.

Grolla: *Grolle*, egregiè munita ad Fl. Slingam *Slinck*, qui mox in Berkelam cadit, Hiſpanis erepta.

Brefortia: *Breefort*, in paluſtri loco ſita.

Iſelburgus: *Iſelbourg*.

Anholtium: *Anholt*.

Dotechemum: *Dotechem*, ad Fl. *Old-Iſel*, duplici muro ſeptum.

Lochemum: *Lochem*, ad Fl. Berkelam.

Bronchorſtum : *Bronchorſt*, ad Iſallam Comitatus, vno milliari à Zutphaniâ.

§. 3. *Hollandia, ſic dictam volunt aliqui quaſi* pays des Bois, *alij quaſi* Terre-creuſe. *Tota paſcua eſt; lanifica ſine lino, fabrilis ſine ligno.*

NVM. I. *Hollandia Meridionalis.*

| | |
|---|---|
| TERRITORIVM ALTENENSE *Territoire d'Alten.* | VORCOMIVM, aliter Woudrichemum, Thuano Vandricomium : *Vorcum*, ad Vahalim habens è regione Lœueſteyniam arcem. Oppidum eſt valdè munitum.<br>Hueſdenum, ſiue Heuſda : *Heuſden*, oppidulum cultiſſimum, & firmum. |
| TERRIT. ABLACENSE *Territoire d'Ablas.* | GORICHEMVM : *Gorcum*, ad Iſallam vbi recipit Lingam Fl. tardum, vrbs cincta propugnaculis egregiis.<br>Viana : *Vianen*, ad Leccam Fl. cum caſtro, Brederodiæ familiæ.<br>Neoportus : *Nieuport*, ad Fl. Leccam : defecit in burgum. |
| TERRIT. KRIM *Territoire de Krimpen.* | Schoonhouia : *Schoonhouen*, oppoſita Neoporto, & verò ex eius ruinis creuit, ad Elicem ex Iſalla deriuatum ſita eſt.<br>Krimpenum : *Krimpen.* |
| DECERPTA BRABANTIÆ *Rogneures de Brabant.* | Gertrudis mons, ſeu Gertrudenbergum : *Gertuydenberg*, ad Fl. Meruam, celebre oppidum piſcatione Clupearum *des Aloſes.*<br>Scuenberga : *Scuenberg*, Comitatus caput.<br>Clundera : *Clundert*, in Inſula Ruygenhillenſi *de Rogenill*, ditionis Arauſicanæ.<br>Villemſtadium : *Villemſtad*, à Guilielmo Arauſicano excitata in eâdem Inſulâ. |

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

NVM. 2. *Hollandia Septentrionalis.*

- VERA HOLLAN-
  - AMSTERLANDIA *Amſterlande.*
    - AMSTELODAMVM: *Amſterdam*, ad Amſtelam Fl. & Damum quæ molem ſonat, vrbs primaria iam Hollandiæ, & prima ordinum, ex quâ plus vectigalium quàm ex reliquis Statuum vrbibus prouenit, pagus tantùm ante annos 300.
  - SKIELANDIA *Skielande.*
    - SCHIEDAMVM: *Schiedam*, ad Fl. Schiam, ſeu Alueum, & dicebatur priùs nouum Damum.
    - Rotterodamum: *Roterdam*, emporium celebre ad Fl. Rotterũ *Rotte*, patria Eraſmi.
    - Gouda: *Goude*, ad Iſallam Fl. ſic dicta quaſi foſſa incuruata, quia hîc Rhenus incuruatus eſt: Chryſopolim aliqui dicere volunt.
  - DELFLANDIA *Delflande.*
    - DELFIVM: *Delft*, Lotharingi cognomento Gibboſi opus. Varias experta vices ciuitas, mœnibus nudata, incenſa, ſed ex ruinis pulchrior extitit. Dicta eſt ab alueis, ſeu incilibus, nam *Delfen* Flandricè eſt *fodere*.
    - Vlaerdinga: *Vlaerdingen*, ad Meruam quem Moſam nouum vocant, diſiectis à fluuio mœnibus in pagum redacta.
    - Graueſanda: *Graueſand*, olim ſedes Concilij Batauici; aliàs ad Moſam, nunc 3. Mil. P. ab eo diſſidet.
    - Haga Comitis dicta: *la Haye*, vbi comitia Statuum celebrantur. Hîc palatium pulcherrimum Principis Arauſicani, multæque ædes cultiſſimæ.
  - RHIN-
    - LVGDVNVM BATAVORVM: *Leyden*, dictum Ocellum Batauiæ, loco commodiſſimo ſitum, Academia percelebris; populoſiſ-

**[HOLLAN]DIA.**

**[RHIN]LANDIA** *Rheinlande.*
- ſima vrbs Hollandiæ poſt Amſtelodamũ.
- Alphenum: *Alphen*, antiquus locus ab Alpheno Varo dictus.
- Romano-burgus: *Rombourg*, quibuſdam Prætorium Agrippinæ.

**VOERDENLANDIA** *Voerdenlande.*
- VOERDEMVM, ſeu Woerda: *Voerden*, oppidulum paluſtri loco conditum, cum arce.
- Oudeuatera: *Oudeuuater*, oppidum munitiſſimum, peſſimè acceptũ ab Hiſpanis.

**GOEDELANDIA** *la Goylande.*
- NARDENVM: *Narden*, ſiue *Naerda*, oppidulum elegans ab Hiſpanis contra fœdera malè deformatum.
- Muda: *Muyden*, ad oſtia Fl. Vectæ *Vecht*, cum arce.
- Veſopum: *Veſop*, aut *Veeſp*, ad Fl. Vectam, pannificio olim celebre.

**VESTFRISIA**

**VATERLANDIA** *Vaterlande.*
- ALCMARIA: *Alkmaer*, ſeu Almaria egregiè munita, vnde repulſus fortiter Hiſpanus. Lacubus erat circumcincta, qui ſiccati agros fertiles effecerunt.
- Medemblicum: *Medenblik*, ita dicta quòd in medio lacuum, vbi firmiſſimi aggeres contra mare ex Alga quod maris *eiectamentum* eſt, ſiccúmque lapide durius redditur: fuit Regia Ducis Friſiæ olim.
- Enchuſa: *Encluyſen*, oppidum elegans furiis maris obiectum, vbi ſal purius redditur, huius ciues optimi naucleri.
- Edamum: *Edam*, nauium fabrica ad lacum hodie exhauſtum, ad Fl. Idam, ſeu Edam.
- Monachodamum: *Munikedam*, ad vicinum lacum *Monikmeer*: vrbi prætenditur Inſula *Marken*.
- Horna: *Hoorn*, à portu tortuoſo dicta, vbi cuditur moneta Veſtfriſiæ: patria Hadriani Iunij.

Purmerenda: *Purmerend*, oppidum nitidum, ex quo lacus Beemſtria *Beemſter*, in arua mutatus eſt.

*la Veſt-friſe.*

KENNEMERLANDIA *Kennemerland.*

- HARLEMVM: *Haerlem*, ad Fl. Sparam, qui creditur eſſe Alueus Rheni: hîc ars Typographica putatur excogitata.
- Egmonda: *Egmond*, Comitatus cum arce nobili.
- Beueruicum: *Beueruuik*, municipium elegans ad ſinum Tyæ, vbi vaſti arenæ tumuli.
- Zippa lacus: *le Zipp*, quaſi ſentina Oceani munitur aggere vulgò Hondſboch *la Foreſt du Chien*, quia hic Scyllæ, & Carybdis latratus renouantur.

NVM. 3. *Inſulæ Hollandicæ.*

SEPTENTRIONALES.

- Texellia, aliis Teſſalia: *Texel*, aggeribus ſe munit contra Oceani furias, portus ſatis commodus, ſeu ſtatio.
- Vlielandia, ſeu Fleuolandia: *Vlie*, aliter *Flieland*, nomen retinuiſſe videtur à lacu Fleuo.
- Skellinga: *Skelling*, quinque pagis habitata, armento diues, & pecore, vbi canes marini, ſeu phocæ ridiculo commento capiuntur.
- Vieringia: *Viering*, ab Algâ marinâ *Vvier*, ſic dicta.
- Vrca: *Vrck* / Enſia: *Ens* — In interiori Freto; incolæ Barbaris propiores, quàm Europæis.

MERIDIONALES.

VOORNIA *Voorn* ſeu Vornanus ager ex multis Inſulis conflatus.

- Briela: *Briel*, ad oſtium Moſæ vrbs munitiſſima, vbi iacta ſunt rebellionis Batauicæ fundamenta; Anglis oppignerata, & poſtea redempta.
- Gerulietum: *Gerulieɾt*, mediocre oppidum: frumento ferax circumpoſita regio, quæ dicitur Putria, vel Puttenlandia *Putten*, quæ cum præcedente vnam Inſulam efficit ob vicinitatem.
- Corendica *Corendic.* / Piershilla *Pierhel.* — Voorniæ huius partes: paſſim in his Inſulis naſcitur herba Geliopolis vulgò *Helm* firmandis aggeribus idonea.

NALES.

Goedereda, ſeu Goerea: *Goerée*, quæ additur à pleriſque Vornano agro, licèt magis à Vorniâ ſeparetur, quàm præcedentes. Vrbeculam habet cognominem ſine mœnibus, quorum tamen videntur veſtigia.

Somersdica: vulgò *Voren*, quod ſignificat Latinè ante Vornam. Municipium habet cognomine Somerdikium *Sommerdik*, Selandorum iuri ſubditum. Dicitur hæc Inſula, aliter Transflacquæana *Ouer-Flakcée* in tabulis.

Territorivm Transmosanvm: *Ouermaes*, Inſula è regione Roterodami; regio fertiliſſima totius Hollandiæ, vbi duæ Iuriſdictiones *d'Iſſelmont*, & *Portugal*.

Dvrdrechtvm, ſeu Dordracum: *Dordrek*, quaſi traiectum Dorti Fl. olim metropolis Hollandiæ, ante annos ducentos facta Inſula in eâ eluuie quâ 72. pagi obruti & centum hominum millia.

## §. 4. *Zelandia*, la Zelande: *Ita dicta à Selandia Danorum, vel quaſi* Zéeland, *hoc eſt Terra Marina*.

Occidentalis Ze-

Valachria *Valcheren* à Gallis ſic dicta.

Middelbvrgvm & Meſoburgus: *Middelbourg*, id eſt arx, ſeu burgus in medio Inſulæ ferè, primaria huius prouinciæ & Comitatus; vrbs munitiſſima, & elegantiſſima. Hîc ſtapula vini ex omnibus partibus in Septentrionem importati: an verò dicta olim Mattiacum, & Metelloburgus? non puto.

Veria, ſeu Campoueria: *Veer*, & *Campoueere*, à traiectu ſic dicta, antea Admiralij ſedes, nunc Marchionatus.

Fliſſinga: *Fleſſingue*, incolis *Vliſſingen*, clara nauigatione Gallorum, & Anglorum, vbi palatium Principis Arauſicani.

Arnemuda: *Armuyde*, portus celeberrimus, ſed oppidum muris caret.

Zvidbeve-

Romesvallia: *Romerſuuall*, oppidum pugnans aggeribus quotidie cum mari &

LAN- DIA

- LANDIA quaſi terra tremēs.
  - Scaldi Fl. ad Orientem iacet Borſala ſubmerſa cum territorio anno 1532. Caput Inſulæ olim ad Occidentalem partem eius.
  - Goeſa, vulgò *Ter-Goez*, ad oſtium Scaldis cui Schenga nomen; oppidulum lautum, & quod ex tribus ſolum remanſit integrum.
- NORTBEVELANDIA *Nort-Beueland.*
  - Cortgena: *Cortcheene*, olim ferè inundata, nunc reſtauratur.
- Agger Volfardi: *Volferdiik*, inter duas Beuelandias.
- Oreſandia: *Oreſant*, Nort-Beuelandiæ ferè vnita.

O-RIENTALIS ZE-LAN-DIA.

- SCALDIA *Schouuen.*
  - ZIRICZÆA: *Zircźée*, vrbs Comitatus huius antiquiſſima; portus eius anno 849. arenis obductus eſt, ſed nouus apertus. Vrbs multis gaudens priuilegiis.
  - Brouuershauia: *Brouuershauen*, vbi piſcatores plerique ciues.
- DVVELANDIA: *Duueland*, ſic dicta à columbis vbi vrbes multæ obrutæ 1530. nunc reparari aggeres à Ziriczæis, & Scaldiæ ferè iuncta eſt.
- TOLA *Tolen*
  - Ita dicta à voce *Tol*, quæ vectigal ſonat. Ei adiacet Ager Diui Martini *Martins-diik*, locus conſitus & arboribus, quam aliqui Inſulam ſeparatam putant.

## §. 5. *Traiectenſis ditio*, le pays d'Vtrech, *per quatuor Mareſchallos adminiſtratur.*

TETRARCHIA ABCOVIENSIS *Quartier d'Abcou.*

- TRAIECTVM RHENI: *Vtrech*, aliter Vltraiectum, vrbs antiquiſſima, varias olim à Barbaris paſſa clades, à Balderico 15. Epiſcopo magnificentiùs reparata. Sita eſt ad medium Rheni alueum qui per Lugdunum mare petebat, antequam in Leccam prorumperet, nunc *Vechta* Fl. haud procul mœnibus abeſt. Duos item habet alueos manu ductos, 1. *de Vaert*, 2. *Nieuue-Gracht.*

| | |
|---|---|
| EMENSIS TETRARC. *Quartier d'Eemland.* | Amersfordia, vel Amerſfurtum: *Amersford*, à traiectu Emæ Fl. vulgò *Eems*, qui oppidum interſecat; oppidum peramplum ab Ordinibus noſtro ſeculo egregiè muniri cœptum. |
| MONTFORTIENSIS TETR. *Quart. de Montfort.* | Montfortium: *Montfort*, oppidum munitum ab Gothefrido Archiepiſcopo Traiectino cōtra Hollandos, ad Iſallam: ante paucos annos incendio miſerè deformatum eſt. |
| VICENSIS TETRARC. *Quartier de Vuick.* | Duroſtatum: vulgò *Vviick Dnerſtede*, multis creditur vetus Batauodurum: vrbs olim ampliſſima, ſed à Normannis exciſa. Sita eſt ad Fl. Leccam vnde ſatis diues. Arcem habet firmiſſimam.<br>Rhena: *Rhenen*, ad eundem Leccam, egregiè munitum oppidum. |

## §. 6. *Friſia Occidentalis*, la Friſe Occidentale, *malè* Veſt-Friſe, *quæ ab hac diſtinguenda eſt.*

| | |
|---|---|
| OSTERGOA *Oſtergoo* continens 12. iuriſdictiones. | LEOVARDIA: *Lieuuarden*, Metropolis & maxima Friſiæ, itémque cultiſſima ad Fl. Ea, per quem merces ex Oceano conuehuntur.<br>Doccumum & Deccetum: *Doccum*, ad eundem Fl. qui primùm cadit in æſtuarium Lauicæ, mox Oceano committitur inter Inſulas Amelandiam & Schiormonachum *Schiormont*. Hęc aliter Schiermonicoga dicitur, & ad hanc partem pertinet. |
| VESTERGOA *Veſtergoo,* | FRANEKERA: *Franiker*, & *Franeker*, totius regionis amœniſſima: Academiam habet.<br>Harlinga: *Harlinge*, maxima & populoſiſſima poſt Leouardium: expugnatu difficilis, quia circumpoſita regio ruptis aggeribus inundari poteſt: ſita eſt ad maris littus, vnde emporium nobile conficit.<br>Bolſuerdia, ſeu Bolſuardia: *Bolſuert*, non procul à mari portu commodo inſtructa, ex quo foſſa |

ad vicum Maccumum ducta, alia ad Vorcumum.

Sneca: *Sneek*, vetus ciuitas ad quam non procul lacus Snecanus perampl⁹ & piſcoſus in primis.

Vorcumum, antea Woldercum: *Vorcum*, portus commodus quem efficit riuus ex lacu Vorcumano effuſus.

Stauera, ſeu Stauria: *Staueren*, olim Friſiæ nobiliſſima, nunc deficit, portu arenis ferè obducto.

complectens octo territoria.

Hindelopa, & Hindelopia: *Hinlope*, ſeu *Hinloopen*, caret mœnibus, & piſcatores ferè tantùm alit: inſtar promontorij excurrit in mare, & aggeribus ægrè ſeruatur.

Iloſtum, & Iliacum: *Ilſt*, municipium elegans ſine muro, foſſâ tantùm munitum.

Slota, ſeu Slotenum: *Sloten*, à quâ non procul ſtagnum cognomine peramplum *Slote-meer*, Slotanus lacus.

Amelandia Inſula: *Ameland*, tribus habitata vicis.

Septem Sylvæ: *Seuenuolden*, vbi Agri duo Stellinuerdicus & Scoterlandicus. Nullæ hîc vrbes, terra ſterilior, incolæ bellicoſi: hunc tractum irrigat Fl. *Kuynder*, Kinderus.

## §. 7. *Trans-Iſellania*, Ouer-Iſſel, *hoc eſt Trans-Iſſallam.*

SALANDIA

Daventria, ſeu Danontria à Danone quodam Saxone: *Deuenter*, metropolis huius prouinciæ duplici muro ſepta olim libera & Imperialis, ad Fl. Iſallam.

Zuuolla, & Suuolla: *Suuoll*, ad Fluuiolum Alpha qui & nigra Aqua dicitur móxque in Vidrum *Vecth*, cadit; non procul ab Iſalla ſita ex quo vallum perductum & tria caſtra, vrbs munitiſſima eſt.

Campi: *Campen*, ad Iſallam non procul ab eius oſtio quod ſenſim oblimatur; hîc telonium.

Vollenhouia: *Volhenhoue*, ad ſinum Auſtralem *Zuyderzée*, oppidulum lautum cuius arx diruta.

| | |
|---|---|
| *Iſſel-land.* | Geelmuda: *Geelmuden*, ad oſtium Vidri, vbi arcis rudera.<br>Haſſeletum: *Haſſelt*, oppidulum amœnum & frequens ad Vidri oſtia.<br>Steenuicum: *Steenuuich*, ad torrentem *Aa*, valdè munitum, ex quo captum eſt ab Arauſicano. |
| DRENTIA Comitatus *le Comté de Drent*, vbi 5. Præfecturæ. | COVORDIA: *Coëuuorden*, vrbs munitiſſima & celeberrima, ob varias obſidiones Batauorum, & Hiſpanorum: ſita eſt ad confluentias riuorum qui mox cadunt in Vidrum.<br>Meppela: *Meppel*, ad riuum tenuem, vrbecula cultiſſima, ſed ſine mœnibus; hac deuehitur bituminoſus ceſpes in Hollandiam.<br>Aſſena: *Aſſen*, cœnobium vbi celebrantur huius Comitatus comitia. |
| TVVENTIA *Tuuent.* | Oetmarſia: *Oetmarſen*, vbi veterum Marſiorum omnes agnoſcunt veſtigium, inualidum oppidum.<br>Oldenſalia: *Oldenzeel*, vbi Saliorum aliquid agnoſcitur: ſæpe capta, ſæpe recepta; quia facilè ſeruari non poterat diſiecti à Batauis muri.<br>Almeloa: *Almeloo*, ad torrentem qui mox in Reggam labitur; Squallet hoc municipium ex cladibus.<br>Ryſſena: *Ryſſen* ad Reggam, attritum his bellis municipium, & fermè vicus. |

### §. 8. *Dominium Groningiæ*, la Seigneurie de Groninge.

| | |
|---|---|
| GRONINGIÆ TERRIT. *le Territoire de Groninge*, vulgò *Goruht.* | GRONINGA: *Groninge*, ad concurſus fluuiorum Aha, & Huneſi. Huneſus dicitur ſupra vrbem *Schutendiep*, infra vrbem *Reitdiep*, caditque in Lauicæ æſtuarium. Ex hac quoque Fiuela Fluuius ad Dammonam defertur; vrbs munitiſſima eſt, & Rodolphi Agricolæ natalibus clara. |

| | | |
|---|---|---|
| VM- | HVNSINGONIA *Hunſingo.* | Mildeſthemum: *Mildesheim*, ampliſſimus burgus.<br>Solcampia: *Soltcamp*, arx ad Fretum. |

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

**LANDIA** *les Omelandes,* hoc eſt *Pays d'alentour.*

- **Fivelgonia** *Fiuelingo.*
  - Dammona : *Dam*, oppidi inſtar ad Fiuelam Fl. vulgò *Damſter.*
  - Delfſileus portus & caſtellum : *Delfziil,* vallo locus quondam egregiè munitus ad oſtia Fiuelæ Fl.
- **Pars Occidentalis** *Veſtquartier*
  - Viſuleta : *Vvisſliet*, ad Fl. Lauicam.
- **Præfectvra vetvs** *Oldamp*
  - Miduolda in ſinu Dulartio : *Dolert*, ita dicto à fluctuum rabie, vbi anno Chriſti 1277. pagi 33. periere.
  - Vindchotta : *Vindchotte*, olim florens vrbecula.
- **Vestervoltia** *Seigneurie de Veſteruoltz*
  - Regio paludibus plena, & ferè myricis horrens, vbi variæ arces ad tutelam Groningæ.

## §. 9. *Ditio Reipublicæ Batauicæ per totum orbem.*

- **In Brabantia**
  - Boſcum Ducis : *Bois le Duc.*
  - Berga ad Zomam : *Berg- ob Zom.*
  - Breda, & aliquot alia loca.
- **In Flandria**
  - Sluſa : *l'Eſcluſe*, & in eo tractu aliquot vrbes.
